



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Extrauaga[n]s lo. xxij. Gloriosa[m] Ecclesia[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

# Inquisitorum cum Commentarijs.

291

Q V E S T I O X V I .

## De erroribus Henrici de Sena.

S V M M A R I V M .

- 1 Henricus de Sena apostata caput Beghinorum.
- 2 Beghinorum errores quinque dñni a 10a. xxij.
- 3 Secta Beguinorum prorsus damnatur.
- 4 Beguinorum excusationes friuale.
- 5 Titulo tertij ordinis S. Francisci se se Beguini pal liare atque honestare nitebantur.

**S**extadecima quæstio est: Hæreses, & errores Hæriti de Sena, ordinis fratrum Minorum Generalis facti Ministri, non veri ordinis beati Frâncisci, sed facti qui fratrum a communis statu ordinis dissidentium in partibus Tuscia, & in insula regni Siciliae caput fuit; qui sunt:

1 Ad hanc respondemus, quod post condemnationem prædictarum durarum heresum, & errorum de proprio, & communis factam per dictum dominum Ioannem xxij. in constitutionibus, Cum inter nonnullos, & Quia quorundam mentes, quamplures fratres Minores in partibus Tuscia, & insula regni Siciliae, dictis duabus constitutionibus non obtemperantes, sed eas potius commendantes, a communis statu ordinis beati Francisci vita, & moribus, ac etiam aliqualiter habitu dissidentes, ac totaliter deviantes, sibi Hæricum de Sena dicti veri ordinis sancti Francisci, cui praeditis suis cöplicibus fugitiuū, & apostata, in Ministerio Generali talis peruersa sae congregacionis & ordinis elegerunt, sibiq; prefecerunt magis in idolum, quam prælatu. Qui pariter Ministros, Custodes, Guardianos, temeritate consimili eligeret presumpserunt, plurimos, ad eorum sectam recipere sieque receptis licentiam prædicandi, confessiones audiendi, cöcedere ausi sunt: ac sic in hæreses, & errores plurimos inciderunt. Quoru qui de statu, cum suis erroribus quinque, de quib; actum est supra eadem parte secunda; q. g. idem dominus Ioannes pariter cödemnauit, ac eos capi mandauit per suam constitutionem, que incipit: Gloriolas, que est tenoris sequentis.

Extrahens Joan. xxij. qua damnantur errores Henrici de Sena & sequacium suorum.

Gloriosam Ecclesiam: & infra.

**G** Et ne aliquid prædictarum blasphemiarum tolerabile uideatur, aut dubium; de plurimis eorum erroribus, aliquos non latere, & perinde nocere ualeant, præsentibus duximus adnotandos.

2 Primus itaq; error, qui de istorum officina tenebrosa prorupit, duas fingit Ecclesiæ, unam carnalem diuinitatis presiam, effuentem diuinitatis sceleribus maculatam, cui Romanum præfulem, aliasque inferiores prælatos dominari afferunt: Aliam spiritualem, frugalitate mundam, uirtute decoram, paupertate succinctam; in qua ipsi soli, eorumque complices continentur: Cui etiam ip-

A si spiritualis uitæ merito (si qua fides est ad hibenda mendacijs) principiantur.

Secundus error, quo prædicatorum info lentum conscientia maculatur, Venerabiles Ecclesiæ sacerdotes, aliosque ministros sic iurisdictionis, & ordinis clamitat auctoritate desertos, ut nec sententias ferre, nec sacramenta conficere, nec subiectum populum instruere ualeant, uel docere: Illos fingentes omni ecclesiastica potestate priuatatos, quos à sua perfidia uiderint alienos: quia apud ipsos solos (ut ipsi somniant) si cut spiritualis uitæ sanctitas, sic auctoritas perseuerat. In qua re Donatist. sequuntur errorem: qui olim facto schismate, ab unitate Ecclesiæ recedentes, ita in sua se ceta Dei gratiam dixerunt esse coactam, ut nullus eam recipere esset idoneus, qui non foret ipsorum scelere maculatus.

Tertius istorum error in Valdentium errorē coniurat, quoniam & hi, & illi in nullum euentum assentient fore iurandum: dogmatizantes mortalis criminis contagione pollui, & pena teneri, quos contingerit iumenti religione constringi. Quorum blasphemias pietas Christiana condemnans, non leuitate mota, sed utilitate aut necessitate coacta, ueritatē præteriorum, atq; presentium, & certitudinem futurorum, iuris iurandi religione confirmat: certissime tenens, quod nullatenus de suo genere potest esse peccatum, quod Christus exercuit, q. peccatum non fecit, sed peccatum omne sua passione damnauit: Iurauit etenim Dominus, iurauit & Apostolus Paulus: suæ operationis exemplo monstrantes, ad hoc tantum iuramentum esse prohibitum, ne iurandi facilitas frequentiam, frequētia cōsuetudinē, cōsuetudo periurium introducat. Bonum est ergo iuramentum, p. quod ueritas rerum diuino testimonio cōfirmatur. Sed malum est illi, qui eo male uitur & à malo infirmatis humanæ est, ut aliquis uerum proferens, iurare cogatur.

E Quarto, huiusmodi impiorū blasphemia, de prædicatorum Valdensium uenento fonte prorumpens, sacerdotes ritē, etiā & legitimē secundum formam Ecclesiæ ordinatos, quibuslibet tamē criminibus presos, non posse conficere, vel conferre ecclesiastica sacramenta confingit.

Quintus error sic istorum hominū mentes obcœcat, vt Euāgeliū Christi in se solis,

T 2 &

hoc in tempore afferant esse completem: quod haec tenus (ut ipsi somniat) obtemperum fuerat: immo prorsus extinctum.

Multa sunt alia, que ibi presumptuosi homines contra coniugij venerabile sacramentum garrire dicuntur: Multa quoque de cursu temporum, & fine saeculi somniant. Multa quoque de Antichristi aduentu; que iam instare afferunt. Sæbili vanitate diuulgantur. Que omnia quia partim hæretica, partim infana, partim fabulosa cognoscimus, dannanda potius cum suis auctoribus, quam studio prosequenda, aut refellenda censemus.

Et quia post prædicta adhuc insurrexit pueris quædam eorum Begardorum, & Beguinorum congregatio, incidentum in errores, & hæreses leuitates supra dictas: ideo idem dominus noster Papa Ioan. xxij. damnauit statim congregationem, & statum eorum per consimilem constitutionem quo incipit: Sancta Romana, tenoris sequentis.

### 3 Extrauagans Ioannis xxij. qua Bergardi, & Beguini damnantur.

**S**ancta Romana, atque viuiversalis Ecclesia, cui auctore Domino licet inter extrauag. 10. xxij. rit. de meriti præsidens, sicut religiosa, & reli. dom. hec pia vota benigno favore prosequitur, sic autem impressa est iuxta superfluos conatus insolentium hominum veritatem ipse detestatur, videlicet ne sub ouina pelle gressu[m] meritorum originem Dominicum truculentia lupi rapacis nalis, quæ habent inuidat, sub pietatis imagine virus hæreti buimus sub pendentib[us] plu[er] cæ prauitatis obrepas, & sub prætextu cōversationis angelicæ incautis mentibus spiritus malignus illudat. Cuius rei gratia sarcis est canonibus interdictum, ne aliquis nouum ordinem aut religionem inueniat, vel habitum nouæ religionis assumat. Sed qui cūq; ad religionem venire voluerit, ingrediatur viam de religionibus approbat. Nonnulli tamen profanæ multitudinis viri, qui vulgariter Fraticelli, seu Fratres de patib[us] vita, ac Bizochi, siue Beghini, vel alijs nominib[us], nuncupantur in partibus Italæ, necnō in insula Siciliæ, Comitatu prouinciae, Narbonen. & Tholosan. ciuitatib[us], & dieceesis, & Provincijs, alijsq; diuersis cismarinis, & ultramarinis partibus contra dictos canones habiri nouæ religionis assumere, congregations & conuenticula facere, & superiores sibi ipsiis eligere, nos, aut nominibus alijs appellari: plurimos ad eorum sectā recipere, loca etiam de novo construere, seu constructa recipere, in

A quibus habitant in communi, publicè mendicare, quasi eorum facta foret vna de religionibus per Sedem Apostolicam approbatis, temeritate damnabili præsumpti, & præsumunt etiam incessanter.

B 4 Et ut ipsorum error, veritas, & impie-  
tas, religio reparetur: Plurimi eorum regu-  
lam ordinis fratrum Minorum, quan-  
tanet Franciscus instituit, se profiteri, &  
ad litteram obseruare configunt: quam-  
quam sub obedientia Generalis, vel Pro-  
vincialium Ministrorum, ipsius ordinis no-  
morentur. Prætententes se à sancte memo-  
ri & Cœlestino Papa V, prædecessore no-  
stro, huiusmodi status seu uita priuilegia  
habuisse, quod tamen etiam si ostenderet,  
non valeret: cum bonæ memoriarum Bonifacius  
Papa VIII, prædecessor noster, ex cer-  
tis causis rationabilibus omnia priuilegia  
ab ipso Coelestino prædecessore concessa,  
quoque per ipsum Bonifacium non contingere  
poterant, uiribus penitus uacauerit, di-  
ctumque uitæ priuilegium non inueniatur  
per eundem Bonifacium approbatum. Qui-  
dam autem eorum dictum habitum, & ui-  
ueni ritum à quibusdam Episcopis, seu  
eorum superioribus, vel alijs Ecclesiarum  
Prælatis se recepisse prætendunt, quos nec  
eis recipere, nec prædictis Episcopis, vel  
eorum superioribus, seu alijs Ecclesiarum  
Prælatis concedere licuit contra formam  
Concilij generalis.

C 5 Nōnulli etiam ex ipsis afferentes se-  
de de Tertio ordine beati Francisci pen-  
tentium vocato, prædictum statum, & ritu  
eorum sub uelamine talis nominis satagit  
palliare, cum tamē in regula ipsius Tertiij  
ordinis, talis viuendi ritus nullatenus sit co-  
cessus. Et quia in errorum barathrum faciliter ruunt, qui conceptus propriis Patrum  
definitionibus anteponunt ipsorum quam  
plurimi sicut fide digna relatione perdi-  
cipimus, à ueritate catholicæ fidei devian-  
tes, ecclesiastica sacramenta despiciunt:  
ac errores alios student multipliciter se-  
minare. Cum itaque talium damnanda  
temeritas in eiudem fidei detrimentum  
fidelium scandalum, præfati Minorum,  
& aliorum ordinum opprobrium, & eti-  
am suarum, & aliarum multarum anima-  
rum perniciem redundare noscatur: Nos  
fectam, ritum, & statum huiusmodi: Ne-  
obstantibus præmissis eorum excusacio-  
nibus,